



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De processibus ciuilibus vel criminalibus extraordinarijs extra Ciuitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

## De libris in causis ciuilibus.

**Liber Manualis actorum.** **H**abeat librum manualem publicam auctoritatem munitum ad formam positum in libro Prothocollis; in quo describantur omnia acta quae sicut in singulis causis ciuilibus ordinarijs, etiam summarij & executiuis, etiam appellatiuum, iuxta ordinem prescriptum in modo procedendi ipsorum causarum.

**Lib. Testium.** **H**abeat librum auctoritate publica munatum vtsupra; in quo describantur depositiones ac dicta testium, quos examinari contigerit in quibusunque causis, quae a Vicario in ciuilibus communiter cognosci solent.

**Liber sententiaturum.** **H**abeat librum publica auctoritate corroboratum, vtiupra: in quo describantur omnes sententiae; & in eodem notentur etiam quae feruntur, prout in cedula; idque intra duos menses a die pronunciationis, vtin cedula: quae cedula etiam reponatur in filcia. Si verò contingat appellari; cedula etiam appellationis ab appellante data, reponatur in filcia.

## De libris causarum ciuilium ad Vicarium generalem spectantium.

**H**abeat præterea alios libros, quot necessarij fuerint ratione supra scripta; in quibus separatim ad formam actuum & depositionum in causis ordinarijs describantur omnia acta, depositiones ve, quae coram Vicario generali, vel alio iudice, coram quo fieri contingat aliquid eorum, quae ad officium Vicarij generalis, vel ordinaria vel delegata auctoritate pertinent in causis ciuilibus.

## De libris in causis criminalibus.

**Liber Informationum.** **H**abeat quatuor libros publica auctoritate munitos in causis criminalibus.

Primum, in quo describantur querelæ, denunciationes, expositiones, ac dicta testium pro informatione Curie recipiendorum; quae quidem querelæ, denunciations, & dicta testium recipi possint a quolibet ex substitutis, cum interuentu Procuratoris Fisci; etiam sine praesentia iudicis criminalis: qui inscribatur; liber Informationum.

Secundum, in quo describantur omnia: Liber constituta reorum: & nuncipet, liber testium.

Constitutorum. Tertium. vnius, in quo describantur dicta testium, tam pro Fisco, quam pro ipsius reis, parte citata examinandorum:

appelleturq; liber Testium.

Quartum, qui vocetur Manualis actorum, Lib. Manuali continget in causis criminalibus, etiam ratione quae dictum est supra de manuali in causis ciuilibus.

Hi verò quatuor libri duplicari vel multuplicari debent pro numero Notariorum substitutorum, qui causis criminalibus dant operam; ita ut singuli eorum quatuor libros illos habeant ad usum processuum Ciuitatis, ac totidem pro Diocesi; excepto libro manuali, qui communis erit & Dioecesi & Ciuitati.

**Lib. Sententiaturum.** **H**abeat librum auctoritate publica munatum Cancellarius præterea sententiaturum, eadem forma qua supra in ciuilibus confectum: in eo tamen non describantur sententiae visitationum; neque qua ad moniales, aut regulares viros pertinent.

Si contingat fieri gratiam de aliquo crimen, vel moderationem penæ, Cancellarius in librum sententiarum, & ipsius cedulis sententiarum, & in manuali, vbi ille sit condemnatus per viam decreti, notet in margine brevibus verbis predictam gratiam, & moderationem. Interdicta, quae sunt Mediolani a Vicariis, summatim sine processu notentur in manuali; & relaxatio ipsorum notetur item in margine decreti interdicti.

## De processibus ciuilibus vel criminalibus extraordinarijs extra Ciuitatem.

**S**i contingat extra Ciuitatem sive in ciuilibus sive in criminalibus causis testes extra visitationem examinari, in quaternis depositiones describatur; nisi ob grauitatem cause Vicarius iussit non in quaterno, sed in libro quem scilicet Notarius afferat, describi.

Ha verò depositiones in quaternis scriptæ, statim ac Mediolanum delatae furentur, seruentur in filcia connexa simul in

G g modum

modum libri; notato tamen suo loco numero testium, & foliorum illorum ex-minum in libris ordinarijs criminalibus, vel ciuilibus; vt natura examinatum postulabit.

**D**e indicibus varijs in libris ciuilibus & criminalibus.

**I**ndex librorum ciuilium & criminalium, sicut singulis libris ordine alphabetico per materias, eum nomine ecclesiae, vel persona, & aduersarij & foliorum: in margine vero notetut locus iustus etiam in principio processus, seu cause, sententiae, ponatur locus, & titulus cause; vt puta, Truilijs surarum. Forma indicis erit hæc infra. Locatio bonorum ecclesie Sancti Martini facta Ni. fo. 100. In ciuilibus secundus index alphabeticus, cum nomine tituli ecclesiarum, de quarum bonis, & iuribus facta est lis, hoc modo. Sancti Bartholomæi, Plebis, Castris, prij.

Habeat vero hic secundus index titulu in hunc modum.

Index ecclesiarum, de quarum bonis & iuribus controvenerunt in hoc libro.

In criminalibus vero secundus index condemnatorum, indicatorem, & Inquisitorum, & quod absoluti sint ab inquisitione, & processu.

In libro item sententiarum criminalium, praeter indicem sententiarum, altius index particularis condemnatorum.

Tertius index in ciuilibus & criminalibus, nomine testium, in initio libri testium.

Quartus similis in criminalibus initio libri informationum, de nominibus testium, examinatorum pro informatione.

**D**e libris, & scripturis ad Sancum Officium Inquisitionis pertinentibus.

**H**abeat totidem libros pro causa Sancti Officij Inquisitionis, coram ordinario cognoscendis separatos ab alijs; sed confessos eadem ratione.

quinq[ue]partita, etum suis indicibus annexis, ut supra dictum est in alijs causis criminalibus; non seruata distinctione villa inter processus Civitatis, & Dicēcessis.

Habeat præterea librum actorum cōgregationum Sanctæ Inquisitionis: que describantur etiam cum agitur in eis de processu, causa ve pendente coram R. P. Inquisitore.

Habeat item librum, in quo haec sine descripta.

Formula iuramenti procuratoribꝫ dadi.

Item consultoribus.

Edictum proponendum quotannis.

Formula delegationis facultatum con-

ficiendi processus in causis fidei.

Litteræ Apollonicae, & aliae facultates, priuilegia ve ad Sanctum Officium pertinentia.

Ordinationes quæcumque, & decretal.

Romæ, vel hic facta, ad idem spectantia.

Habeat item indicem eorum, quibus data est facultas eiusmodi, & regestum electionis.

Regesta literarum super eo missarum ad varia loca.

Filicias literarum ab vrbe missarum su-

per eos.

Filicias literarum à Diocesi missarum

super eo.

Indicem nominum Reuerendi Inquisitoris, & Vicarij, fiscalisque, & Notarii illius, & Consultorum Sancti Officij.

In ferino recondito libros prohibitos ex caula processuum afferuandos.

Indices omnium singularium scriptura-

rum sapientiarum.

Indices commorantium in locis suspe-

ctis ex Diocesi.

Informationum, & testimoniorum que

ab illis exhibentur filicias.

**D**e libro professionum fidei.

**H**abeat librum auctoritate publica-

muniūm professionis fidei. Regu-

latuum, & secularium, etiam laicorum

professorum, & ludi magistrorum cuiuscunq[ue] facultatis, vel artis liberalis quo-

modocunq[ue], ex Tridentino Cœilio, & ex

bulla Pi. V. & Cœilijs Provincialibus.

De